

sim contrahendi esse velint, paucis requirant, et rogent; quod in praxi facilime contingere, sicque evenire potest, etiam illos, qui casu, vel alia v. g. convivii aut confabulationis causa, adsurit sufficienter esse praesentes pro valore matrimonii, dummodo nempe ante actualem contractum adhuc requirantur: quod ipsum etiam ultima verba declarationis cardinalium indicare videntur, ibi: « Qui diceretur adhibitus, quamvis ex alia causa esset vocatus, dummodo sit adhibitus ad illum actum. »

413. *Contrafententes, dolo aut vi praesentiam parochi obstinentes peccant graviter.* — Resp. IV. Etiamsi matrimonium parochio coacte, aut casu alterius praesente, aut dolose adducto vel inducto valeat, tamen ordinarie illicetum est, et quidem mortaliter, Sanchez, lib. III, disp. 39, num. 12; Bosco, loc. cit., concl. 14, cum communi. Ratio est, tum injuria quam inferunt parochio: tum contemptus ecclesiae, contra cuius prohibitionem agunt, praesertim, quod tales ordinarie etiam sine denuntiationibus (quae juxta dicta, n. 5, graviter obligant) contrafent. Putat tamen Sanchez, quod, si soli testes et non parochus dolo ad interessendum inducuntur, aut vi detineantur, non nisi veniale sit.

414. *Nisi gravis necessitas, et urgens causa aliud suadeat.* — Dicitur autem ordinarie, quia si gravis causa et necessitas ad contrahendum urgeret, et parochus vel testes assistere absque juxta causa recusarent, possent astu aliquo, et sequivocatione, sine mendacio tamen induci ad interessendum contractui matrimoniali. Bosco, loc. cit. n. 589; Dicastillo, disp. 3., n. 169; Layman, lib. V, tract. X, p. II, cap. IV, n. 6; Coninck, disp. 27, dub. 4, in fine, et alii. Ratio est, quia leges humanae in gravi necessitate non ligant: « Nam quod non est licitum in lege, necessitas facit licitum, c. 4, Reg. jur. »

415. *Poenae contrafentient, et assistentium matrimonio clandestino.* — Queritur VIII. Quae sint poenae contrafentient et assistentium matrimonio, ob defectum praesentiae proprii parochi et testimoniis clandestino? Resp. I. Quando contrafentur matrimonium sine proprii parochi et suorum testimoniis, tunc praeter nullitatem matrimonii tam parochus et testes, quam etiam ipsi contrafententes gravipoenae, arbitrio ordinarii imponendae, subjacent, ita expresse concilium Tridentinum sess. 24, de Reform. matrim., cap. I, ibi: « Insuper parochum vel alium sacerdotem,

qui cum minori testium numero, et testes, qui sine parochio, vel sacerdote hujusmodi contractui interfuerint, necnon ipsos contrafententes graviter arbitrio ordinarii puniri praecepit. »

Resp. II. Si quis parochus, vel alius sacerdos, sive regularis, sive saecularis sit; etiamsi id sibi ex privilegio, vel immemoriali consuetudine licere contendat, alterius parochiae sponsos sine illorum parochi licentia matrimonio conjungere, aut benedicere ausus fuerit: ipso jure tandem suspensus maneat, quandiu ab ordinario ejus parochi, qui matrimonio interesse debebat, seu a quo beneficio suscipienda erat, absolvatur. » Sunt formalia concilii Tridentini, loc. cit., quibus, cum sint clara, nihil addendum videtur.

Volunt aliqui parochum proprium sine debito numero testimoniis assistentem, triennio esse suspendendum, e. fin., § fin., h. t. Sanchez tamen, disp. 48, num. 4; Pontius, lib. V, cap. xxxvii, num. 12; Perez, disp. 42, sec. 4, num. 3, id negant, et merito; quia c. fin. § fin., h. t. loquitur de parochi assistente matrimonio sine denuntiationibus, et non de nostro casu, ut legenti pateat.

§ III.

DE PRÆSENTIA PAROCHI ET TESTIUM IN LOCIS
UBI CONCILII TRIDENTINUM NON EST PROMULGATUM, VEL NON RECEPTUM: UBI ETIAM MATRIMONIO HERETICORUM INTER SE: ET MATRIMONIO CATHOLICORUM LOCIS HERETICIS NON HABENTIUM COPIAM PAROCHI.

416. *Concilium Tridentinum alicubi non est promulgatum, alicubi non receptum.* — Supponitur primo, concilium Tridentinum in aliquibus locis omnino non esse promulgatum alicubi vero esse quidem promulgatum, sed in puncto clandestini matrimonii non esse receptum; promulgatum non esse, plures asserunt in Anglia, Scotia, Suecia, Saxonia, Prussia, etc. Receptum vero in puncto clandestini matrimonii non esse, eti promulgatum sit, in Gallia, et aliquibus partibus Poloniae, etc. Verum hoc, quia facti est, ulterior non deducimus, sed in casu emergenti quivis judici examinandum et indagandum relinquimus, an in loco, de quo est casus concilium Tridentinum promulgatum sit, necne. Hoc itaque supposito ad questiones juris procedendo;

§ III. DE PRÆSENTIA PAROCHI ET TESTIUM, ETC.

417. *Præsentia parochi et testimoniis non requiritur in locis, ubi concilium Tridentinum non est promulgatum?* — Queritur I. An præsentia parochi et testimoniis necessaria sit ad valorem matrimonii, ubi concilium Tridentinum vel non est promulgatum, vel in puncto clandestinitatis non receptum?

Resp. I. Validum esse matrimonium sine præsentia parochi et testimoniis contractum in locis, ubi concilium Tridentinum promulgatum non est. Ita unanimis ac certa. Ratio est, quia quamvis alias ad obligationem legis non requiratur, ut ubique promulgetur, sed sufficiat, si Romæ in locis consuetus promulgetur per dicta lib. I, tit. II, de Constit., tamen in hac materia aliter discurrendum est, prout patet ex ipso concilio Tridentino, sess. 24, de Reform. matrim., cap. I, expresse disponente, decretum suum in aliquo loco seu parochia non tenere, nisi ibidem fuit promulgatum, ibi: « Decernit insuper, ut hujusmodi decretum in unaquaque parochia suum robur post triginta dies habere incipiat, a die prime publicationis in eadem parochia factæ, numerando. » Ergo a sensu contrario, et quia exceptio firmat regulam in casibus non exceptis, dictum decretum in locis et parochiis, ubi promulgatum non est, non obligat. Accedit declaratio cardinalium, quam ex Zipacco refert Bosco, part. V, disp. 41, sect. 9, concl. 5, ibi: « Ubi decretum concilii Tridentini, sess. 24, c. I, de Reform. matrim., non est publicatum, valere matrimonia contracta absque observatione formæ a concilio prescriptæ. »

418. *Requiritur, ut etiam in parochia sit promulgatum, et quando presumatur ibidem promulgatum?* — Infert Fagnanus in c. Quodam predecessore, de schismaticis, num. 143; Barbosa, ad Concil. Trident., loc. cit., num. 169, ad hoc, ut dictum decretum obliget in aliqua parochia, non sufficere, quod in diocesi sit promulgatum, sed necessario requiri, ut etiam in ipsa parochia promulgatum habeatur; prout clare desumitur ex ipso textu num. praeced., allegato. Et expresse declaravit sacra congregatio teste Fagnano, loc. cit., quae tamen declaratio ulterior addidit, presumi publicationem in aliqua parochia esse factam, ubi decretum illud aliquo jam tempore fuit observatum, quam declarationem etiam affert Bosco, loc. cit., illis verbis: « Sacra congregatio censuit, publicationem presumi, ubi id decretum

fuerit aliquo tempore in parochia tanquam decretum a concilio observatum. »

419. *Incolæ loci non promulgati, vel non recepti concilii Tridentini valide.* — Resp. II. In locis et provinciis, ubi concilium Tridentinum promulgatum quidem, sed receptum non est quoad dispositionem de matrimonio clandestino, incolæ illius loci valide contrafent matrimonium absque præsentia parochi et testimoniis. Communis et certa. Quamvis enim ad intrinsecam legis constitutionem et obligationem non requiratur acceptatio populi, tamen si populus in non acceptatione, et usu contrario per decennium saltum pergit, cessat obligare lex, licet primi legem sine justa causa non acceptantes, et non observantes peccarint, prout amplius diximus, lib. I, tit. II, de Constit., § 6, de Acceptatione legum, et tit. IV, de Consuetud., § 4.

420. *Sed non licite contrafent matrimonium sine præsentia parochi et testimoniis.* — Dicitur autem notanter valide; quia licite non agunt, sed peccant, clandestinum matrimonium sine præsentia parochi et testimoniis contrafent; quamvis enim non peccent contra concilium Tridentinum, utpote non receptum, consequenter post decennium, non amplius obligans per dicta n. praeced., peccant tamen contra ius commune juxta dicta num. 52, licet non irritentur matrimonia clandestina per dicta num. 53, arg. c. fin. h. t.

421. *Idem dic de eo, qui e loco recepti Tridentini veniens cum incola illius loci contrafent.* — Queritur II. An, et quando matrimonium clandestinum sine præsentia parochi et testimoniis valide contrafent illi, qui e loco promulgati concilii Tridentini se conferunt ad locum, ubi promulgatum, aut receptum non est? Resp. I. Quando quis e loco promulgati et recepti concilii se confert ad locum, ubi promulgatum aut receptum non est, ubique cum incola illius loci matrimonium contrafent, validum est sine præsentia parochi et testimoniis. Caret controversia. Ratio est, quia, cum contractus matrimonialis individuus sit et claudicare non possit, incola vero loci illius sine præsentia parochi et testimoniis valide contrafent, necessario validum quoque erit matrimonium contrafentis cum eodem.

422. *Valide etiam contrafent sine parochi et testimoniis, si ambo e loco promulgati ad locum non recepti concilii veniunt; animo ibidem verum, vel quasi domicilium figendi.* — Resp. II. Si ambo sponsi e loco recepti concilii se

referant ad locum non recepti, aut non promulgati concilii animo verum, vel quasi domicilium ibi figendi, valide ibidem contrahere possunt matrimonium sine praesentia parochi et testium. Rursus communis ac certa, ut videre est apud Sanchez, lib. III, disp. 18, num. 27. Ratio est, quia tunc flunt incolae et parochiani illius loci, consequenter non amplius stringuntur legibus prioris domicilii jam derelicti.

123. *Vel saltem alio fine quam præcise contrahendi ibidem matrimonium.* — Resp. III. Qui alio fine quam contrahendi matrimonium, v. g., negotiationis, aut peregrinationis causa in locum non recepti concilii Tridentini se conferunt, aut illuc convenient, valide ibidem matrimonium contrahunt sine praesentia parochi et testium, etiam si animum non habeant figendi ibidem verum, vel quasi domicilium. Sanchez, loc. cit. n. 28; Pontius, lib. V, cap. ix, num. 2; Ledesma, *de Matrim.*, q. 45, a. 5, punc. 3, dub. fin., concl. 3; Bosco, disp. 11, sect. 9, concl. 6, cum communi aliorum. Ratio est, tum quia peregrini non obligantur legibus et præceptis ecclesiæ, etiam in sua patria viagentibus, si promulgata aut recepta non sunt in loco, ubi de facto ut peregrini et advenæ existunt, aut transeunt, sed possunt se accommodare consuetudinibus dicti peregrinationis loci, prout cum communialiorum docimus in *Theologia nostra moralis*, tract. II, dist. 3, q. 30, num. 30, arg. can. *Quæ contra*, II, dist. 8, can. *Illa*, 11, dist. 11, et can. *Quisquis*, 4, dist. 41.

124. *Ratione contractus sortitur quis forum.* — Tum et quidem præcipue, quia quoad solemnitatem adhibendam in contractibus solæ inspiciuntur leges et consuetudines loci, in quo contractus celebratur, ita ut secundum leges et consuetudinem loci pro valore, aut invaliditate contractus ibidem celebrati judicandum sit, prout habet communissima et ferre unanimis doctorum, signanter Bosco, loc. cit, num. 492; Sanchez, loc. cit., num. 10; Pontius, loc. cit.; Abbas, in c. 1, *de Sponsal.*; Ancharanus, in c. fin. *de Constit.*, eo quod ratione contractus qui vis etiam peregrinus sortiatur forum, arg. e. fin. *de Foro competent.* c. *Romana eod.* in c., et l. *Si fundus*, 6, ff., *de Evict.* ibi: « Si fundus venierit, ex consuetudine ejus regionis, in qua negotium gestum est, pro evitazione caveri oportet, » ergo etiam matrimonium utpote verus contractus, quem peregrinus

alicubi celebrat, juxta consuetudinem illius loci judicari debet.

Dicitur autem notanter: « si alio, quam matrimonio contrahendi fine, » quia quavis conclusio num. 123, posita quasi omni careat controversia, si alio, quam contrahendi fine ad prefata loca venire contingat, tamen magna hodie controversia est in casu, quo ob finem contrahendi aliqui illuc veniant. Ad quam.

125. *Invalide vero contrahunt, qui solo fine illuc clandestine contrahendi, et iterum brevi revertendi illuc veniunt.* — Resp. IV. Quamvis spectando principia juris et rationis probatissimum sit, eos, qui solo fine contrahendi matrimonium, consequenter in fraudem legis e loco recepti concilii Tridentini in locum non recepti, vel non promulgati v. g., e Germania vel Italia in Galliam, vel ex Bavaria in Saxoniam se conferunt, animo ibidem nec verum, nec quasi domicilium figendi, sed tantum simpliciter matrimonium contrahendi, eoque contracto brevi iterum revertendi ad suum domicilium, valide ibidem contrahere matrimonium; tamen probabilius est, illud hoc tempore invalidum esse.

Prima pars, quod valeat tale matrimonium docetur a Sanchez, lib. III, disp. 18, n. 29; Pontio, lib. V, cap. ix, n. 4; Coninck, *de Matrimonio*, disp. 27, nu. 14; Aversa, *de Matrim.*, q. 6, sect. 2; Diana et alii, ductis præcipue illo non inani fundamento, quod, si quid obesset, foret fraus et dolus, per jura num. seq. citanda: atqui hic non obest, cum tales vel nullam, vel saltem non malam committant fraudem et dolum, sed utantur jure, vi cuius quisvis potest ad alium locum etiam non recepti concilii Tridentini se conferre, consequenter juxta legem et consuetudinem ibidem vigentes matrimonium contrahere, cum contractus juxta has ubi nisi judicentur per dicta num. 124: « Nullus enim videtur dolo facere, qui jure suo utitur, l. 55. *de Reg. jur.* »

126. Secunda pars, quod hodie non amplius valeat, docetur et solide probatur a Barbosa, *de Offic. et potest. paroch.*; Ledesma, *de Matrim.*, q. 45, a. 5, dub. ult., concl. 4 et 3, eamque tenet Bosco, disp. 11, sect. 9, concl. 6; Engel, h. t., num. 20; Henric, in *Summa*, lib. XI, *de Matrim.*, cap. iii, numer. 8; Lugo, *Respons. moral.*, lib. I, dub. 36; Gobath, tract. IX, casu 18, num. 481; Zypæus, in *Consult. canon.*, lib. IV, tit. *de Spons. et Matrim. consultat.* 6, et communis

§ III. DE PRÆSENTIA PAROCHI ET TESTIUM, ETC.

419

aliorum recentiorum post Breve Urbani VIII; statim citandi scribentium. Ratio est, quia « fraus et dolus alicui patrocinari non debet, » c. *Sedes*, 13 et c. *Ex timore*, 16; *de Rescript.* juncta l. *Itaque* 12, § 4, ff. *de Furt.* Accedunt declarationes cardinalium, de quibus testatur Zypæus, loc. cit.; Lugo, loc. cit.; Bosco, loc. cit.; Engel, loc. cit.; Barbosa, loc. cit., addentes, illas confirmatas per Breve ab Urbano VIII, editum 1627, 14 Augusti ad instantiam seu interrogacionem archiepiscopi Coloniensis, cum enim apud sacram Congregationem inter alias duplex quæstio sequens proponeretur. Primo: « An retinentes domicilium in loco, in quo concilium in hoc puncto est promulgatum, valide possint contrahere, ubi non est promulgatum? » Secundo: « Si solo animo, absque parocco et testibus, contrahendi se transferant, habitationem non mutantes, » et ad quæsita sacra Congregatio respondet: « Non esse legitimum matrimonium inter sic contrahentes cum fraude, » summus pontifex hanc responsionem laudavit, et approbat illis verbis: « Resolutionem hujusmodi auctoritate apostolica tenore præsentium approbamus, et laudamus; » subjunxit dein omnes clausulas salutares adhiberi solitas. Et quoniam de hoc Brevi, præcedentes declarationes confirmante, prudens dubitandi ratio non appetat, utpote de quo tot classici auctores testantur, et in specie cardinalis de Lugo, dicens, se accepisse exemplum ex autographo illius Brevis, contrariam sententiam amplius docere a temeritate vix alienum foret.

127. *Quia in fraudem legis, et contra legem agere æquiparantur.* — Accedit ratio, quia « in fraudem legis, et contra legem agere » æquiparantur, arg. l. *Contra legem* 29. et l. seq. ff. *de Legib.* cum concordantiis, unde l. *Hoc ordo*. 64. ff. *de Condit. et demonst.* statutum habetur, ea, quæ in fraudem legisfiunt, « ipso jure rescindi; » eo quod talis fraus perniciosa videatur reipublicæ communi bono, ob quod leges latæ sunt: ibi: « legem enim utilem reipublicæ adjuvandam interpretatione. »

Nec in contrarium facit, quod pro se cum sequacibus allegat Sanchez, ex l. 55. *de Reg. jur.* quia non procedit, quando aperte constat, quod quis directa intentione fraudandi legem operetur, etsi incidentaliter alii respectus concurrent, prout cum aliis bene observat Barbosa, loc. cit.

128. *Secus est, si unum contrahendi ibidem domicilium habent.* — Dicitur autem notanter in conclusione, « animo ibidem nec verum, nec quasi domicilium figendi, » quia, si quis in loco non promulgati, aut non recepti concilii Tridentini, verum, aut quasi domicilium figere serio intendit, valide ibidem matrimonium contrahit, sine parocco et testibus, etiamsi ad hunc finem et effectum illuc se conserat. Ratio est, tum quia hoc ipso, quod alibi incola et parochianus fieri quis revera intendat, et in affectu fiat, plene utitur jure suo, nec in fraudem legis agere dicitur, sicut ille, qui solo animo ibidem contrahendi matrimonium, et postea statim iterum revertendi, ad locum non recepti concilii se confert. Tum quia fraus, si quæ esset, re et effectu, quo quis efficitur verus incola et parochianus talis loci, tollitur. Hinc nec declarationes cardinalium, nec Breve Urbani VIII de hoc casu loquuntur: sicut nec de eodem, sed illo solummodo casu quæstio fuit proposita; quid juris, « si NB. retinentes locum, domicilium, et habitationem non mutantes » ad locum non recepti concilii Tridentini se conferunt: ergo casu, quo quis habitationem non retinet, sed mutat domicilium verum, vel quasi tale alibi eligit, non tangitur. Confirmatur declarationibus cardinalium ex Fagnano, et cardinali de Luca supra numer. 90 allegatis; quæ ut cum aliis num. 126, productis concordentur, alia via adesse non videtur, quam dicere, quod præsenti numero annotamus. Id ipsum etiam sentire videtur cardinalis de Luca, loc. cit., discurs. 26, n. 15, addens sacram Congregationem plures declarasse, fraudem talem vel affectionem (utpote quæ revera dolus et fraus non est) non obstare valori matrimonii.

129. *Aut vagi sint.* — Idem dic de vagis sola intentione contrahendi ad locum non promulgati concilii Tridentini se conferentiis, dummodo prius domicilium revera ac serio dimiserint; tunc enim declarationes cardinalium, et Breve Urbani VIII, eos non afficiunt, utpote quæ loquuntur de retinentibus domicilium, quod bene notandum. Concordant etiam dicta numer. 88 et seqq.

130. *E loco non recepti, ad locum recepti concilii Tridentini venientes non possunt sine parocco et testibus contrahere.* — Resp. V. Illi, qui e loco non promulgati, vel non recepti ad locum recepti concilii Tridentini in puncto clandestinitatis, se conferunt, non possunt ibi valide contrahere matrimonium sine præ-

sentia parochi et testium, sive dein ibidem domicilium figant, sive tantum transeant. Hæc est communis ac certa, caretque controversia. Patet ex dictis supra num. 124, ubi cum communi aliorum ostendimus, quamvis ratione contractus sortiri forum, adeoque teneri ad solemnitatem illam, quam leges et consuetudines ibidem vigentes præscribunt, juxta quas solas etiam de valore aut invaliditate contractibus inibi judicatur per jura ibi allegata.

131. *Valent quoque sine h̄o matrimonia catholicorum in locis hæreticis, vel ubi concilium non est promulgatum.* — Quæritur III. An valeant matrimonia catholicorum sine præsentia parochi et testium contracta in locis hæreticis? Notandum prius, non esse hic quæstionem de matrimonio, quod contrahunt catholici cum hæreticis (de hoc enim jam diximus supra tit. I, a. n. 357), sed de matrimonio, quod catholici inter se contrahunt in locis hæreticis. Resp. I. Matrimonia catholicorum sine præsentia parochi et testium contracta in locis hæreticis illis, in quibus concilium Tridentinum nunquam fuit promulgatum, sunt valida. Hæc est communis ac certa, patetque absque ulteriori probatione ex dictis supra a. num. 117.

132. *Vel nullus adest, nec tuto adire potest ordinarius aut parochus : afferuntur declarationes cardinalium.* — Resp. II. Pariter valent matrimonia catholicorum etiam in illis locis hæreticis, ubi concilium Tridentinum aliquando fuit promulgatum, sine præsentia parochi adhibitis tamen duobus testibus contractu, casu quo ob metum, vel potentiam hæreticorum nullus adest episcopus, vel parochus, nec alias sacerdos ab iis licentiam assistendi habens, neque datur ad eorum aliquem ibi existentem tutum accessum. Invalida vero sunt, si horum aliquis haberit potest. Bosco, disp. 11, sect. 9, concl. 5; Zypæus, in *Jur. Pontific.* l. 4. numer. 16; Ardekain, *de Matrim.*, cap. viii, § 4; Sporer, p. 1, cap. i, sect. 1, num. 34; Diana, p. 11, tract. 6, resol. 1; Marchantius, in *Tribunal.*, tom. III, p. 2, tract. I, tit. VII, quæst. 10, concl. 5; Herinx, disp. 5, q. 11, numer. 10, h. t., num. 12, et hodie communis aliorum post declarationes cardinalium, statim alleandas scribentium. Probatur conclusio ex declarationibus cardinalium, quas citati doctores adducunt, et authenticas esse asserunt, datas ad episcopum Tricariensem sequentis tenoris anno 1605, 19 Januarii.

« Congregatio concilii perpensis consultationibus episcopi Tricariensis circa formulam matrimoniorum, quæ in partibus Hollandiæ, Zelandiæ, Frisiæ contrahuntur, ita censuit. »

Primo: « Ubi decretum ejusdem concilii, cap. i, sess. 24, de *Reform.*, non est publicatum, valere matrimonia contracta absque observatione formæ a concilio præscriptæ. »

Secundo: « Publicationem præsumi, ubi id decretum fuerit aliquo tempore in parochia tanquam decretum concilii observatum. »

Tertio: « Hæreticos quoque, ubi decretum dicti cap. I, est publicatum teneri talem formam observare, et præterea ipsorum etiam matrimonia absque forma concilii, quamvis coram ministro hæretico vel magistrato loci contracta, nulla atque irrita esse. »

Quarto: « Ubi etiam constat, decretum concilii esse observatum, sed parochialis ecclesia utpote vacans proprio parocco careat, et cathedralis itidem episcopo atque capitulo, habentibus a concilio facultatem alium sacerdotem ad id delegandi, nullusque aliis ibi sit, qui vices parochi, vel episcopi suppletat, matrimonium valere absque præsentia parochi: servata tamen in eo, in quo potest, forma concilii, nempe adhibitis saltem duobus testibus. »

Quinto: « Si extent quidem parochus, et episcopus, sed nullo constituto vicario uterque metu hæreticorum lateat, ita ut vere ignoretur, ubinam sit, vel eodem metu a diœcesi absit, nec ad alterutrum sit tutus accessus, validum est matrimonium contractum absque forma concilii, adhibitis tamen, ut dictum, duobus testibus. »

« Quod vero attinet ad casum specialem in scriptis ejusdem nuntii contentum; Congregatio ita dicit respondendum: cum secundum ea, quæ proponuntur, matrimonium fuerit contractum in parochia, in qua fuerat publicatum dictum decretum, et extaret in Antuerpiensi, cuius erat parochia, vicarius, qui juxta concilii decretum poterat providere, utique hujusmodi matrimonium absque forma contractum, esse nullum. » Huc sacra Congregatio.

Similem, eamque recenter anno 1676, editam declarationem contra valorem matrimonii contracti in loco hæretico, ubi concilium Tridentinum promulgatum fuit, et parochus catholicus haberet commode potuisse,

§ III. DE PRÆSENTIA PAROCHI ET TESTIUM, ETC.

adducit Bruno Neusser, disp. 182, q. 2, ad finem.

133. *Ratio hujus quo sit? Necessitas aut impossibilitas non excusat a lege irritante.* — Rationem primæ partis, quod matrimonia in memoratis locis sint valida, aliqui desunt tum ex impossibilitate: quia: « Nemo potest ad impossibile obligari, » c. *Nemo*, VI, de *Reg. jur.* in 6, consequenter, cum in casu conclusionis impossibile sit catholicis habere parochum catholicum aut deputatum ab eo, non obligantur ad legem concilii Tridentini pro matrimonii valore parochum requirente. Tum ex necessitate: « Nam quod non est licitum in lege, necessitas facit licitum, » c. *Quod non.* de *Reg. jur.* Verum hæ ratios conclusionem efficaciter non probant; quamvis enim bene probent contra legem præcise præcipientem, aut probinentem ita, ut quis in casu impossibilitatis, vel gravis necessitas eam observare non teneatur, et transgrediendo non peccet; tamen non probant contra leges irritantes et præscribentes formam substantialem, qualis etiam est lex concilii Tridentini irritum declarans matrimonium in loco promulgati concilii sine parocco et testibus contractum; prout cum aliis solide probat. Sanchez, lib. III, disp. 17, n. 4, indeq. infert, invalidum esse matrimonium sine parocco et testibus contractum, etiamsi illud contrahendi fuerit summa necessitas, et simul concurrerit impossibilitas habendi parochum v. g. in articulo mortis ad legitimandam prolem, etc. Et certe, si necessitas ac impossibilitas cassarent etiam legem irritantem, posset quisvis consanguineam in secundo gradu, vel alias impedimento jure ecclesiastico dirimente affectam, sine ulla dispensatione ducere; casu quo aliam habere non posset, vel eam ducendi urgeret gravis necessitas, quod nemo dixerit.

134. Est ergo alia, et quidem illa ratio, videlicet, quia vel sacra Congregatio virtute supra dictarum responsionum declaravit, per Epikiam, et secundum æquum et justum, hunc casum non comprehendendi in concilio Tridentino, utpote quod suo decreto voluit principaliter obviare malis ex matrimonio clandestino ordinarie venientibus, minime vero causare, quod in plurimis integris territoriis, provinciis, ac diœcesibus catholici ex defectu parochorum matrimonio conjungi nunquam possent; sic enim in talibus locis brevi deficeret fides catholica. Vel certe summus pontifex dictas declarationes sacræ Con-

gregatio confirmando censemur pro talibus locis hæreticis, in quibus parochus catholicus non est, nec ad eum tutus datur accessus, paterne dispensare, quod etiam sine præsentia parochi contrahere valeant.

135. *In locis hæreticis promulgati concilii Tridentini, ubi parochus haberi non potest, ad valorem nihilominus requiruntur duo testes.* — Dicitur autem notanter in prima parte conclusionis num. 132, positæ, adhibitis tamen duobus testibus: quia hos etiam in præfatis locis requiri, expresse declarat sacra Congregatio, num. 132, ibi: « Adhibitis saltem duobus testibus, » neque in his, ut in parocho dispensatum censemur; et merito, quia hi facile haberit possunt.

136. *Ac etiam parochus, si haberi potest.* — Altera pars conclusionis, videlicet, quod matrimonium sit nullum, si ibidem vel adsit episcopus, aut parochus, aut saltem tutus ad eum alibi existente accessus, tenent doctores citati, patetque ex adducta declaratione.

137. *Doctrinæ practicæ de valore matrimonii in terris infidelium, Saxonie, Anglia, Hollandiæ, Ratisbonæ, Augustæ, contracti a catholicis.* — Et ex his conclusionibus inferitur I. Validum esse matrimonium, quod catholici v. g. mercatores, aut peregrini contrahunt in locis infidelium, in regno turcico v. g. quia ibidem concilium Tridentinum nunquam fuit promulgatum. Idem est de matrimonio catholicorum contracto in Suecia, Saxonia, Prussia, Anglia, Scotia, Dania, Pomerania, et aliis partibus septentrionalibus, quia nec in his locis concilium Tridentinum fuit promulgatum, cum jam ante illud a vera fide defecerint, prout ex *Carono in Apostolatu missionariorum.* q. 91, et *Veri viis.* art. 1, notat Bruno Neusser, disp. 182, q. 2, n. 4, quam tamen doctrinam intellige cum limitatione.

138. Infertur II. Matrimonia catholicorum contracta in Hollandia, Zelandia, Frisia, et aliis confederatis provinciis, tam principi territorii, quam sanctæ romanæ ecclesiæ rebellibus, invalida esse, casu quo vel episcopum, vel parochum catholicum, vel alium sacerdotem licentia assistendi prædictum ibidem habere, aut ad eum secure, ac tuto venire possunt, eo quod memoratæ provinciæ primum defecerint, postquam ex mandato Philippi II, per gubernatricem Belgii Margaritam Parmensem decretum Tridentinum jam fuit promulgatum, teste Brunone Neus-